

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31284
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

erit adiutor tuus. omnipotens bene-
dicat tibi benedictionibus celi desup
benedictionibus abyssi iacentis deor-
sum. benedictionibus uberum et uul-
ue. Uberum et vulue ordo conuersus e
idest pro conceptione et nutricione po-
nitur. optat ei rorem celi. fertilitatem
terre. ubertatem lactis. fecunditate pec-
corum. benedictiones patris tui confor-
tate sunt bene dictionibus patrū eius
donec ueniret desiderium collū eter-
norum. hic ad literam nichil est ex-
positum. forte sic potest intelligi. legit
in muneris. Inclinati sunt scopuli
arnon ul' gestierunt scopuli arnon.
et in psalmo. Montes exultauerunt
sicut arietes. et colles sicut agni oui-
um. Et hic dicit desiderium collū
eternorum. hec tria adidem spectant
Alij dicunt tetragoni eterni. Dicimus
ergo iuxta arnon fuisse colles aspri-
mos. et saxeos. et ideo dicti sunt eter-
ni. et quatuor habebant ceraunia
unde et tetragoni dicti sunt. quorum
aliqua pars inclinata e coram isrl'.
ut facile transiret et quasi applausit
eorum aduentui. et forte dimidia tri-
bus manasse circa montes illos sorte
habuit. et est sensus. Sic benedicet
ioseph. donec per colles exultantes intret
in terram promissionis. et ultra. quia
donec inclusiuū est. forte prophetauit
de monte effraim et monte samarie
in quibus regnauit isrl'. uel de mon-
tibus medorum. et persarum. ultra quos
exulat adhuc effraim. et manasses.
et letata e terra de exilio hostium et
tunc donec exclusiuū e. tunc enim
terminata e gloria isrl'. Ex hebreo ha-
betur hic sensus. donec iungantur
colles eterni celo. et est sensus. Be-
nedictus sit ioseph ubique more lo-

quendi. sic enim solet dici. donec ubi
celum et terra coeant. et hee omnes
benedictiones. fiunt in capite ioseph
et in uertice nazarei. idest sancti inter
fratres suos. De Beniamin

Beniamin lupus rapax.
mane comedet predam. et ue-
spere diuidet spolia. Quidā
referunt hoc ad ierlm. que
fuit in sorte beniamin. Que dicitur
lupus rapax. quia sagrimem prophe-
tarum et xpi fudit. et mane egressi-
onis de egipto predam. idest legem
quasi extortam a deo accepit. et adhuc
eam comedit. sed in uespera mundi.
diuidet spiritum uiuificantē. a litera
occidente. Hebrei ad altare quod fuit in
ierlm referunt. quod dicitur lupus ra-
pax. propter ignis uoracitatem. in quo
mane sacerdotes proponebant uictimas
ad adolendum. uespere ipsi inter se diui-
debant partes suas. que de sacrificijs
eorum contingebant. Sed uerius de
paulo intelligitur. qui fuit de benia-
min. qui primo fideles persecutus. post
fideles eloquia dei et gradus ecclie di-
spensauit. uel quia illa tribus mul-
tum fuit bellicosa. benedixit quoque sin-
gulis propriis benedictionibus. non quod sin-
gulis bona dixerit. sed quia bene et pro-
phetice dixit. uel quia ex maxima parte
benedixit eis. De morte Iacob et trans-
lacione eius in hebron.

Et locutus e iacob et collegit pe-
des suos in lectum suū. et
obijt. et appositus est ad populum suū.
idest ad angelos. Populus possūt
certa spe tandē re- dici omnis ab adā p
Notum quidem est destinati qui erat
quod appositus e ad ab- in sinu abrahe
raham et ysaac. sed tam pauci populus
dici non possunt. Ioseph uero precepit

qz prius ponit vbū puaricacione pro uulue pro conceptione. s. prius e conceptio quam nutricio

Abraham ysaac qui patris eius sunt patris tui et pater tuus suscepit ab eis benedictiones quas e dat donec ueniret

Desiderium col. rc et vlt qui donec non e hic exclusiuū

Arnon e fluuius secundum Iosephum Sz ciuitas secundum alios

alij
alibi dicitur colles

vn et tetragonom a tet quod e quatuor

medicis. ut condirent